# Conradus Czolner Mgr promittit Vigunto Duci Lithvaniæ auxilium ad recuperandum patrimonium suum.

Nos Frater Conradus Czolner à Rotenstein Magister Ordinis Teutonici notum esse volumus Universis Literas hasce inspecturis, audituris, vel lecturis. Nos una cum Confratribus Nostris bona fide sine ullo dolo spondere Literas Duci Wygando Kinstudti filio datas et Sigillo Nostro munitas cum omnibus clausulis in illis contentis, hoc est quod ei ad recuperandum patrimonium suum pro viribus Nostris auxilium præstabimus, firmiter et perpetuo servaturos esse. Hac sub conditione, ut literas repromissionis Nobis datas et Sigillo suo munitas cum omnibus clausulis in illis contentis servaret bona fide et sine dolo. In quorum fidem præsentibus Literis sigillum Nostrum appendi fecimus. Datum in Arce Nostra Marienburgensi Anno post Christum natum MCCCLXXXVI die Circumcisionis.

Ta Kopia przepisana iest z kopiy legalizowaney w nastepuiący sposob= Præsentem Copiam cum suo Originali concordari fide publica attestor Varsaviæ d. 9. Martij Aº Dni 1767. Ignatius Ludovicus Nowicki Metrices Regni Præfectus mpp= Zaświadczam Adam Naruszewicz

Van. 1781 d. 24 9bri B. K.S. P. WWXL. mpp

Z BIBLIOTEKI PUŁAWSKIEJ XX. CZARTORYSKICH